



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod non in omnes offere[n]da sunt ueritatis dogmata. Cap. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

prum tenens, solus sedet, utriusque iudicium considerans. Ego igitur o Callicules, has rationes uerissimas esse credens, nihil aliud considero, quam quomodo mundissimo animo adinuicem accedam, ac deo neglectis humanis honoribus, conabor recte uiuendo conopti- mus fieri. Obsecro autem ceteros omnes, & te ipsum ad hunc calcem uirtutis curriculo tēdere, turpissimum enim est, tibi ipsi in illo iudicio nullo modo prodesse poteris. Hæc forsitan fabulose tibi quasi ab anu- quadam dici uidentur, ac ideo spernis. Non esset autem mirum hæc a te sperni, si diligenter quærentes, meliora uerioraque istis inuenire possēmus. Nunc uero cum scitis tres Græcorum omnium sapientissimi, tu, & Polus, & Gorgias, non poteritis tamen uere dicere, quod oporteat alia quadam nos uita quam ista uiuere, quæ illic etiam plu- rimum conducit. Omnia enim alia facile redarguunt. Hic uero ser- mo firmus atque stabilis semper manet. Quare cauere magis debes ne lædas, quam ut lædaris. Omnes enim studere debent, non ut boni ui- deantur, sed ut & publice & priuatim boni sint. Plato igitur Acacū, Minoem, Radamanthum defunctorum iudices constituit. Diuina uero scriptura ipsi deo iudicium attribuit, qui singulis secundum opera sua redditurus meritum est.

Quod non in omnes efferenda sunt ueritatis dogmata.

CAPVT III.

C Aueas Plato inquit, ne rudibus hæc hominibus commit- tas, si enim nihil magis quam has utilissimas narrationes deri- dent quemadmodum e contra ingeniosi ac sapientes nihil magis admirant. Quare cum eis sæpius hæc narrant cre- bro audiēdo, uix tandem, ut aurum multo labore purgantur. Sic & diuina scriptura res mysticas ad multos efferendas prohibet, apud quam primus Moses scribitur recusasse profecturum. Alium enim inquit supplicio domine, qui hoc onus fere possit mittere uelis. Saul etiam occultasse se dicitur, ne regnum susciperet. Hieremias quo- que recusasse fertur, & Plato similiter consulit dicens. Propterea o Thrasymache, ut modo dicebam, nemo sponte ad gubernandam rempublicam accurret.

De uiro iusto secundum Platonem.

CAPVT V.

Ad hæc